



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Angelis Malis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

DE ANGELIS BONIS. 26

Angeli assumunt corpora propria uirtute.

Angeli possunt immutare uoluntatē nostrā.

Angeli possunt dupliciter agere in animos nostros, confortando intellectum, & illuminando sanasmata.

Tempus angeli & continuum est discretū.

Nulla operatio angeli mensuratur quo.

Formæ superiorum angelorum sunt uniuersaliores formis inferiorum.

Angelus indiget lumine, id est, cognitione supernaturali.

Cognitio angelorū est uniuersalis, & quanto sunt superiores, tantō magis est uniuersalis.

DE ANGELIS MALIS.

Sicut inter bonos angelos certi sunt ordines certæ prelaturæ, ita quoq; certi ordines & prelaturæ sunt inter angelos malos.

Certe sunt inter malos spiritus prelatute, ita quod unus uni præsit prouinciæ, alter uni homini, tertius duobus uel tribus.

Spiritus in domibus, qui adiurati, per uenias missas & uigilias, non sunt habendi pro diabolis, sed pro animabus defunctorum.

Diabolus dicitur, quasi deorsum fluens, peccauit enim Lucifer, & impulsus est usq; ad abyssum.

Tripliciter abijcitur ab anima Diabolus. Primo cum erubescentiā & confusione, quia reputat sibi ad magnam confusionem,

DOCTRINA SCHOLAST.

quando uident, seu iectum, & confusum, & expulsam ab homine, qui est minoris naturæ, & nobilitatis. Secundo abiicitur cum magna uehementia & uiolentia, quia omnes uires adhibet, ne à domo, quam diu possedit, expellatur. Tertio abiicitur cum generandi uelocitate, quia peccator, qui diu inter peccata fuit, iustificatur in instanti per pœnitentiam.

Dæmones credunt fide actuali ex signis & cōiecturis, etiā ex scriptura quam nouerūt, & ex illis actibus credendi generatur in eis habitus.

Angeli ante casum non habuerunt fidem infusam.

Dæmones credunt quidem, sed quasi coacti & uelut cum quodam murmure.

Diabolus cadendo corruit, uel in infernum uel in aërem caliginosum, qui est in medio intersticio aëris. Mali enim spiritus non sunt in superiori parte aëris, ne lumine gaudeant, nec sunt in parte inferiori, ne nimis contra nos sæuiant. Mali spiritus ceciderunt secunda die, secundum alios prima die subito post creationem.

Decimus chorus angelorum cecidit, sed hoc non dicitur, quòd decem ordines angelorum fuerunt, uerum quia tot de singulis ceciderant, quòd poterant facere chorum unum.

Angelorum ruina restaurabitur per saluandos, nam tot homines saluabuntur, quot dæmones ceciderunt, secundum alios ruina angelorum

Infer 25.
Infer 109.

eorum restaurabitur per uirgines.

Triplici acumine scientiæ uigent dæmones. Primo subtilitate naturæ, & hoc per cognitionem uespertinam. Secundo experientia temporum. Tertio reuelatione spirituum supernorum. Primo modo intelligunt naturalia præsentia. Secundo modo naturalia futura: Tertio modo cognoscunt & uoluntaria.

Diabolus superatus in uno uicio, ipsum uictorem non potest amplius tentare de eodem uicio, sed alius diabolus potest.

Lucifer fuit de primo ordine superioris hierarchiæ, ac in illo ordine supremum gradum tenuit, cui tanquam principi de singulis ordinibus magna multitudo adhæsit, quam secū traxit.

Lucifer primum hominem tentauit, & uicit. Item Christum tentauit, & uictus est, & potestatem tunc amisit, quam ultimis temporibus recuperabit, nūc religatus in fine soluetur.

Superiores mali angeli habent prælationem super inferiores malos angelos.

DE HOMINE IN genere.

Homo ex se potest intelligere res Dei.

Homo ex se præstare potest omnia mandata Dei.

C 5